Universitätsbibliothek Paderborn

Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae Ferinae

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1499

LXXV. In Ioan. Baptistae Hainzelij Patr. & Septemuiri Augustani obitum Lacrymae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12416

Visual Library

Quiſquis opes, & virtutem lance æſtimat vna:
Vna, videt, virtus quod opes præponderat omnes.
Sic quò quiſque animo eſt vitioſior: ima requirens,
Fortunam cœlo locat: & ceu numen adorat,
Propter opes. at quò ſapientior ille: ſubinde
Contemptis opibus, virtutem quærit amicam:
Fortunæ ſecurus, & omni ditior auro.

LXXIV.

Iacobo Cleinhanſio Reutæo.

Ex faſtus pater eſt, & curæ filius aurum:
Si quis habet, metuit: ſin minùs, ipſe dolet.

LXXV.

In Ioan. Baptiſtæ Hainzelij Patr. & Septemuiri Auguſtani obitum

LACRYMÆ.

Ad Fratres Hainzelios.

Luxit, at eluxit nondum gens triſtia fata
Quæ Patrui: luget nunc quoque fata Patris.
O dolor! ô lacrymæ! iam ſpes ſimul occidit omnis:
Mors, iam vita, nec eſt iam ſibi vita magis.
Omnia ſunt genti pariter mors triſtis, & vrbi:
Funus in hoc vno funere tota fuit.
At modò quis viduæ ſanctas reget vrbis habenas?
Aut quis opem miſeris, conſiliumque dabit?

Cernis, vt ipſa dolet pietas, & ſancta deorum
Relligio: Chriſti ritè profeſſa fidem.
Illa metu pauitans, & acerbo ſaucia luctu
Plangit: &, ô diui, quid mihi fiet? ait.
Sit licet hæc afflicta nimis: tamen illa viciſſim
Confidit: veſtri ſpe ſimul, atque deûm.
Namq; ait: ô maneat gens hæc modò clara ſup
O ſuperi: per vos ipſa ſuperſtes ero.

LXXVI.

Epitaphium eiuſdem.

Quem gemit extinctum fatis Eccleſia: quemq́
Curia cum lacrymis, vrbsq́ue requirit bon
Conſilijs toties, opibusq́ue experta patronum:
Et fidum populi ſic, patriæq́ue patrem:
IOANNES BAPTISTA cubas hac
(ditus
HAINZELI: patriæ mortuus ante d
Magnus vt es meritis: ſic omni viuere ſeclo
Dignus eras. ſed nec partere Parca ſolet:
Nec tibi vita placet mortalis: viuida vita
Quippe placet magis, ac neſcia vita mori:
In cœlo quam nunc viuis ſine fine beatus:
Sidere ſic auges ſidera magna tuo.
Iamq; vides, ſancta priùs hîc quod mente vid
Quodq́ue vides, hoc es, mens & imago De

Pan